



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Quæ de mulieribus sensit Plato. Cap. xij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

326 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

ueritate. Nam si quis accusare uellet, multa certe in eo inuenire posset, quæ sunt quæ de mulieribus in libris de republica scripsit.

Quæ de mulieribus sensit Plato. CAP. XII.

Vorum nonnulla referre alienum non est, Forsan inquit si quid præter consuetudinem dixero, ridiculum tibi uidetur. Quid enim inusitatius q[uod] mulieres in gymnasijs nudas, nec solum iuuenes, sed etiam anus cum uiris luctantes uideret? Et subiungit. Si quis autem irridebit, quoniam gratia uirtutis unde mulieres exerceantur, is quā utilis sit, res ista nō intelligit. Similia & in septimo de legibus p[ro]cipit. Lex enim in ea inquit, quæcunq[ue] masculis tribuit, eadē etiam mulieribus exercitia tribuit, nec unq[ue] ipse dixerim equitare, armiq[ue] mouere, ita uirorum esse, ut a mulieribus aliena sint. Hec longe remota a uera Hebreor[um] disciplina q[uod]s non uiderit. Non em̄ non dico mulier[um], sed nec uiros quidē uiribus absq[ue] nugis diuinis p[re]clarissimæ res gerunt. Nisi enim deus inquit ædificauerit domum, inuanum laborauerunt qui edificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatē, frustra uigilat qui custodit eam. Mirabilis autē ille philosophus, in gymnica mulieres certamina deducere non ueret. Mulieres inquit adolescentulæ nudæ, cursu & æquis certent. Quæ x̄o quartumdecimum annum excesserint, amictu cōuenienti uestitæ, in certamine rursus descendant. In alijs quoq[ue] certaminibus, q[uod] ad uiros spectat, ut in luctatione & iactu lapidum, in arcu & funda, & similibus, nō uiros solum, sed etiā mulieres adhibere p[ro]cipit. In solēnitatibus etiā nudas in sexto delegibus, adolescentulas cum nudis iuuenibus tripudijs salire iussit. His illa quæ in libris de republica de cōmunitate mulier[um] dicta sunt, addenda mihi uidentur. Lex inquit ponenda est, ut mulieres uiris omnibus cōmunes sint, nullach[er] cum uno solūmodo habitare possit: hoc enim modo filii quoq[ue] cōmunes putabuntur, nec pater filium suū, nec filius patrē cognoscet. Et post pauca. Non tamē quibuscuis mulieres cōmuniter subiçimus, sed potestati principum totā rem cōmittere arbitramur, ut quēadmodum pecunias publicas digne distribuunt, sic mulieres q[uod] fortibus uiris, & utriusq[ue] dignitate tribuant. Multa huiuscmodi sunt apud eum, imo multo etiā turpiora, q[uod] negligenda potius, q[uod] scribēda duximus. Sed ut quantū distet metis humana,



LIBER TERTIVS DECIMVS

117

mana, quis p̄cipui philosophi a mente Mosayca, q̄ diuinitus doce-
batur, apertius uideas, leges Platonis de Cēde cū Mosaycis cōferas.

Leges aliquæ Platonis. CAP. XIII.

Vodcuncq; inquit deus de furto & de fure dixerit, id dili-

q; genter ciuitas oraculum dei secuta faciat. Et si quidē liber
aliquis iudicium fecerit, gloriam uirtutis assequatur, si yō
sciens non dixerit, infamis esto. Seruus si quid induxerit,

publice domino eius pecunia referatur, ipse autem liber sit. Si yō sci-
uerit & obticuerit, morte supplicium luat. Morte crudelissime iudi-
cio quidem meo non indicentem puniri p̄cipit, cum eos qui furta,
homicidiaq; cōmiserunt, uiuere patiatur, ac a domino interfici ser-
uum pro nihilo putet. Purgetur inquit si quis seruum suum occide-
rit, si uero ira concitatus alienū obtruncauerit, duplum domino red-
dat. Si quis autem liberum hominem non præmeditatione atq; insi-
dijs, sed repente ira commotus interemerit, cum ea fecerit, quæ illi
facienda sunt. Qui absq; ira occiderit, duobus ad domandam iram
exulet annis. Qui uero insidijs hominem excæpit, hic & a'ia simili-
ter faciat, & exulet non duobus, sed tribus annis. Quod si post exi-
lium ruris hominem interficerit, perpetuo exulet. Parentes si filiū
uel filiam interficerint, tribus exulent annis. Cumq; redierint, con-
uersari iure simul non permittantur. Vir autem si uxorem, aut econ-
uerso necauerit, triennio similiter exulet, cumq; redierit, cum libe-
ris suis non conuersetur. Frater si fratrem, aut soror si sororem, simi-
liter. Quod si frater in defensione principis fratrem quasi hostem in-
terfecerit, mundus sit. Similiter quæcuncq; aliquis se ipsum defenden-
do trucidauerit, mundus sit, p̄terquam si seruus pro defensione sua
liberum interficerit, de quo ea statuimus, quæ de parricida, qui pa-
rentes scilicet interficerit, dicta sunt. Hæc si Mosaycis conferas, hu-
mana uidebuntur ad diuina cōferrri. Si quis inquit percusserit spon-
te hominem, & percussus decesserit, morte moriatur. Si uero non
sponte percusserit, loca dabo quo fugiendū est. Si quis dolo atq; in-
sidijs hominē interficerit, etiā ab altari si illo refugerit, ad mortem
rapiatur. Qui patrem aut matrem uerberat, moriatur. Si quis in iur-
gio lapide aut pugno percusserit hominem, si homo non morie-
tur, damnum & medicamenta restituat qui percussit. Si seruus aut

H iiii serua